

FRANCISCI MARIÆ  
MUSCETTULÆ

ARCHIEPISCOPI ROSSANENSIS  
DISSERTATIO  
DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO  
PARENTIBUS INSCIIS VEL INVITIS

CUM

ALEXII SYMMACHI MAZUCHII

ADNOTATIONIBUS

EDITIO PRIMA VENETA,

CUI PRÆTER EA, QUÆ ROMANÆ EDIT. ADJECTA FUERUNT,

ACCEDIT NUNC

P. FRANCISCI XAV. ZECH

DE EODEM ARGUMENTO

DISCEPTATIO.



VENETIIS,  
APUD FRANCISCUM EX NICOLAO PEZZANA.

MDCC LXXII  
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

111

T Y P O G R A P H U S   L E C T O R I  
S A L U T E M.

**P**Aucis te volo, Lector benevole. Dissertationem *De Sponsalibus* &c. Illustrissimi, & Reverendissimi Francisci Muscettulæ Rossanensis Archiepiscopi, additionibus locupletatam Viri Clarissimi Alexii Symmachi Mazochii Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ, a multis quidem expetitam, sed paucis vix pretio parabilem; quippe quæ distractis exemplaribus magna cum difficultate in Librariorum officinis vendibilis reperitur; iterum prælo suppositurus curavi, ut non solum novis additamentis decorata, quæ in editione Romana extant, prodiret in lucem: Decisionibus nempe Sac. Rotæ Rom. quibus juxta Muscettulæ sententiam ex juxto dissensu Patris exsequutio denegata est Sponsalibus Filiorumfamilias; & V. Cl. Virginii Valsechii Monachi Casinensis Responsum pro veritate, quo tenet, juste dissentiente Patre exsequutionem obtinere haud debere Sponsalia Filiorumfamilias, sequuta licet fuerit copula; cui subscripsisse complures viros doctos compertum est: sed Dissertationem præterea adjeci, quam de eodem argumento Ingolstadii edidit doctissimus Vir; isque in doctrinis Canonicis nostræ ætatis omnium eruditissimus P. Franc. Xav. Zech: qua Dissertatione & materia hæc mirificè illustratur, & Tractatus ipse omnimode completur, atque ita perficitur, ut nihil amplius deliderari posse videatur. Gratam igitur habe hujusce attentionis nostræ sollicitudinem, & vale.



D E

## SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS

Q U Æ

A FILIIS FAMILIAS CONTRAHUNTUR

PARENTIBUS INSCIIS, VEL RATIONABILITER INVITIS

## DISSERTATIO THEOLOGICO-LEGALIS.

## P R O Æ M I U M.

*Matrimonii finis, dignitas, mysteria, & utilitas num. 1.**Quomodo incundum, & abusus circa hoc num. 2.**Occasio scribendi hanc Dissertationem num. 3.*

Anticum Matrimonii fœdus ad humani Generis propagationem naturali jure institutum, etiam in lege Gratiæ ad Sacramenti dignitatem a Christo Domino relatum fuit: quo, & maxima nostræ Fidei significantur mysteria, conjunctionis videlicet, vel Dei cum Anima iusti per vincula caritatis, vel Divini Verbi cum humanitate per hypostaticam unionem; vel denique Christi cum Ecclesia, quam tradens semetipsum pro ea, sibi desponsare dignatus est (1): quodque non pauca hominibus bona conferre compertum est, tum in levamen miseriarum, qui-

(1) Potest & quartum mysterium, idque morale assignari, nim. ut matrimonium sit symbolum conjunctionis mentis cum corpore, sive rationis cum appetitu; ea tamen lege, ut imperium sit penes partem superiorem. Hujus symbolicæ significationis aperta sunt vestigia Gen. III. 16. si hoc conferas cum Gen. IV. 7. Nam uterque locus prorsus eisdem verbis Hebraice concipitur. Priore loco, ubi Evam Deus alloquitur conjunctionis maris cum femina lex ea præcipua traditur, ut quidem Hebraice id sonat: *Ad virum tuum erit conversio tua* (Heb. *ibeshukatech* h. e. *converso tua*, sive famulatus tuus, nam fervoratus est ad herum converti, a cujus ore pendent, & ipse dominabitur tui. Posteriore vero loco sic Deus Calano dicit: *Sed sub te erit appetitus ejus*, nim. peccati sive concupiscentiæ: at Hebraice eadem hic verba occurrunt: *Ad te erit ibeshukato* h. e. *converso ejus* (nempe concupiscentiæ, tanquam famulæ) & *tu dominaberis illius*. Ex eisdem plane verbis utrobique usurpatis licet elicere, in copulatione tum maris cum femina in connubiis, tum rationis cum appetitu in homine, imperium penes nobiliorem partem, obsequium penes se- quio-rem ex Divina institutione esse oportere: ino-

connubia rite inita anterioris conjunctionis, nimirum dominæ cum appetitu sibi subiecto, significantiam complecti. Hanc quam tradidi, symbolicam connubii significantiam, eam tanquam certam & suo tempore veritam sumpsit sibi Philo in *Legis allegoriar.* altero (edit. Francof. 1691. pag. 71. B.) ubi illud *Mulier quam ædifici mecum* Gen. III. 21. sic ἀλλυγοῖ, ut tamen pro certo ponat; Adami nomine venire νοῦν mentem, per Evam vero τὴν αἰσθησὶν sensum significari. Hoc, inquam, pro certo ponit. Cæterum quæ ibi cavillatur, quasi non plane per omnia sensus menti pareat, ea tum futilia sunt, tum nihil deposita symbolica significatione detrahunt. Verum de his satis: de quibus a non vernicealibi disputabitur. Ex eo porro sit consequens, eas nuptias, quas recta ratio non conciliat, videri carere ea, quam dixi, mystica significatione, ac proinde ex defectu mysterii esse illicitas. Talium connubiorum, quæ ratione duce non sunt, ambitu continentur ea omnia, quibus Divinæ humane leges obstitunt: quorum numero sunt etiam matrimonia, quibus parentes cum ratione reluctuntur.

A

(2) Lo-

# APPENDIX NOVA

## NONNULARUM DECISIONUM

### SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

*Quibus ex justo Parentum dissensu denegatur exsequutio Sponsalibus a Filiisfam. incitis, sum conformis Responsi pro veritate P. Valsechi a pluribus Viris doctis approbati.*

R. P. D. VICECOMITĒ.

Cæsaraugustana Sponsalium.

Veneris 29. Martii 1754.

1. **P**ost contracta Sponsalia de anno 1746. inter Mariam Annam Enguera, & Franciscum Garay, invito, ac reluctantē Josepho Garay istius Patre, a quo Heres jam fuerat institutus, adeo excrevit dolor, & ira Josephi Patris, ut nedum ejus animus, qualibet spretæ Interpositione, flecti ullatenus nequiverit; quin imo revocato Testamento, in quo Filium Heredem instituerat, Donationem suorum Bonorum omnium favore duarum Filiarum explevit, quatenus Franciscus Filius præfata Sponsalia effectuaret. Tanto ut occurreret Præjudicio Franciscus satius duxit, denunciato prius Mariæ Annæ obdurato Patris animo, ejusque insuperabili aversione ab hisce Nuptiis, & a data fide recedere, & Sponsalia revocare, pleno eidem præstito assensu, ut cui mallet libere nubere posset. At successive instructo Judicio coram Ordinario Cæsaraugustano super ineffectuacione eorundem Sponsaliorum, post Carceribus mancipatum usque ab anno 1751. eundem Franciscum, condemnatus tandem fuit per Sententiam Judicis Ordinarii ad effectivè contrahendum Matrimonium cum dicta Maria Anna; Quæ Sententia confirmata quoque fuit a Vicario Generali Tirasonen. Judice in gradu appellationis deputato per Reverendissimum Hispaniatum Nuneium.
2. In vim ulterioris appellationis delata Causa ad nostrum Tribunal, Mihiq; directa Commissionē ad instantiam præfati Francisci adhuc Carcere detenti, hodie DD. interrogavi sub Dubio -- *An sit locus exsequutioni Sponsalium in casu &c.* --; Quia vero præfata Maria Anna sua Jura deducere, ac experiri recusavit, ideo juxta vota Francisci, & *Pro informante* responsum fuit.
3. Quamvis enim Sponsalia rite, ac solemniter contracta promptæ exsequutioni demandari debeant per effectuacionem Matrimonii; Nihilominus ubi justa, & rationabilis concurrat causa recedendi ab eisdem Sponsalibus, absolutissimum est, quod coactioni Contrahentium ad effectuandum Matrimonium locus esse nequit, ad *Text. in cap. Ex literis 2. in fin. de Sponsal.*, *Card. de Luca de Matrimon. disc. 8. num. 16.*, *Piton. discept. Eccles. 52. n. 79.*, *Rota cor. Buratt. decis. 38. num. 1.*
4. Quod autem in casu subsit causa recedendi a contractis Sponsalibus, ex eo dilucide patet, quod cum contracta fuerint per Franciscum incautum Filium Familias amore Mariæ Annæ obæreatum, cum expresso dissensu, & indignatione



RESPONSUM  
PRO VERITATE  
P. VIRGINII VALSECHII  
MONACHI CASINENSIS

*A pluribus Viris doctis approbatum.*

ARTICULUS  
DISCEPTATIO  
JURIDICO-CANONICA  
DE SPONSALIBUS  
ACADEMICORUM

ABSQUE CONSENSU PARENTUM CONTRACTIS

C U M

APPENDICE  
DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE MINORUM  
CONTRA SPONSALIA.

Et Selectis ex Jure universo positionibus, in Alma Catholica & Electorali  
Uniyersitate Ingolstadiensi pro obtinenda summi gradus Juridici  
licentia Publicæ concertationi exposita

A PAULO JOS. LUD. AUGUSTIN,  
RATISBONENSI JUR. UTR. CAND.

P R Æ S I D E

P. FRANCISCO XAV. ZECH.